



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1857**

XXXV. Markgraf Otto verkauft der Mechthild von Molne zur Ausstattung eines Altares in der Marienkirche zu Salzwedel Hebungen aus Riebow und der Bockhornschen Mühle, am 9. März 1289.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54909](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54909)

tam testium subscriptione quam etiam sigilli nostri appensione roborari. Sunt autem testes hujus rei vir religiosus frater Mauritius, Commendator curie fratrum in Werbene, vir Laudabilis Dominus Bertholdus, Prepositus in Saltwedele, Sifridus de Walsstoue, qui etiam in predicta fraternitate ad voluntatem nostram favorabiliter est receptus. Datum in Werbene, Anno Domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXXXVII<sup>o</sup>., Quarto Idus Novembris.

Nach dem Orig. des Salz. Archives XIV, 5, 6.

XXXV. Markgraf Otto verkauft der Mechtild von Molne zur Ausstattung eines Altares in der Marienkirche zu Salzwedel Gebungen aus Ribow und der Bockhornschcn Mühle, am 9. März 1289.

Nos Otto, dei gracia Brandenburgensis Marchio, istius tenore pagine notum facimus vniuersis, ipsius continenciam percepturis, quod cum quedam matrona mechteldis, de molne cognomine, altare vnum in ecclesia sante marie virginis in saltuedel construere et edificando comparare volebat, ipsa a nobis tres choros siliginis, in uilla Rybow sitos in duabus curijs, uel quos due aree premissae uille fructificant annuatim, et etiam duos choros siliginis, de molendino Bokhorninge prouenientes singulis annis aut sitos in eodem molendino, emit pro quinquaginta marcis argenti ad premissum altare proprietatis titulo et proprie perpetuis temporibus pertinentes et quinquaginta marcas argenti, quas pro prefatis quinque choris nobis dedit et proprietate ipsorum similiter per honestos viros consules in Saltuedel fecit nobis ipsa domina presentari. Manifeste igitur profitemur, antedictos quinque choros nos ad officium altaris eiusdem iugibus temporibus et proprietatis condicionibus uendidisse, transferentes omne ius ac omnem potestatem in omnes illos clericos, qui altare premissum officiauerint temporibus successiuis. In cuius rei lucens testimonium presens scriptum fieri iussimus et sigilli nostri efficia communiri, testibus subnotatis: domino heningo, dapifero, domino Syfrido et domino B. de walsstoue, domino B. de knesebec, domino h. de dannenberch, domino h. de Bodenstede et alijs quam pluribus fide dignis. Datum in Saltuedel, anno domini millesimo ducentesimo octuagesimo nono, Septimo Idus Marcij.

Nach dem Original im Archiv der Stadt Salzwedel, Fach 15, No. 3.

XXXVI. Marggraf Otto überweist seine Gebungen und Lehnrechte über einen Hof in Butterhorst dem Kloster zum heiligen Geist in Salzwedel, am 21. Juni 1289.

In nomine Domini Amen. Caduce vite fluxibilitas, cuius exitum incertus describit orizon, memorative virtutis adeo solet nexus dissolvere, ut que certis sensuum deprehenduntur indiciis, momentanea temporum successione ac in eisdem intercedente oblivione profus excidentia deleantur, sed huic periculoso defectui promptius subuenitur, si, que aguntur, scriptis singula commendantur.